

ANNO 1743. LXXX.

ELECTIO PATRIARCHÆ

Maronitarum a Pontifice facta, & Alegation Commis- sarii Apostolici, Archiepiscopi, & Episcopi ejusdem Nationis denunciatur.

Venerabilibus Fratribus, Simoni ab Archiepiscopatu Damasci ad Patriarchalem Maronitarum Sedem translato, ceterisque Archiepiscopis, & Episcopis ejusdem Nationis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Magna non minus admiratione, quam ægritudine affecti sumus, postquam e sex Episcoporum vestri Cœtus, aliorumque literis intelleximus, Maronitarum Ecclesiam, post obitum postremi Patriarchæ Josephi Petri, sunesto Schismate discissam fuisse; a sex illis Episcopis in ejus locum suscepto Elia Arca, ab alio Tobia Napolosæ Archiepiscopi. Et quidem mirari fati non possumus, adeo nunc valuisse inimicum hominem, ut superemineret divisionis zizania in agro isto, adhuc ea lue prorsus intacto; utque vos eriperit decus amplissimum: id scilicet nunquam ex omni temporis memoria evenisse in vestro Patriarcha eligendo; qua laude nobiliores Ecclesiæ, vestro in conspectu postæ, plurimum caruerunt. Angi autem que nequeat in tanta malorum colluvie, que vestrum Nationem, discordiis, tumultu, perturbatione obrue- runt? Siquidem uterque Electus, non expectato Romanæ Sedis iudicio, (quod lege, & more vetusto necesse fuerant,) statim pro Patriarcha se gerens, forum aperuit, usurpansque Patriarchalia jura, miscet huma- na Divinis, ut suo se teneat loco. Hinc populus alterutri inherens, incertus, divisus, triste sui spectaculum præbet insulanti Schismatico, Turcæ irridenti; & metus est, ne vera Dei Religio, quamquam vestræ Genti altis radicibus infixæ, obsecatis contentione mentibus, discrimen adeat, ut sepius alibi.

§. 1. Hac enimvero sollicitudine, ac paterna caritate commoti adeo sumus, ut vestris medendis vulneribus, resistentiæque sanitati accedere acceleravimus, vix dum Romam venerunt utriusque partis Legati cum mandatis, & monumentis, supremum Apostolicæ Sedis iudicium subituri. Nam statim selegimus aliquot e S. R. E. Cardinalibus, Propagandæ Fidei præpositis, qui juris ordine servato, auditisque Advocatis, de toto controversiæ statu cognoscerent, & coram Nobis deciderent, an alterutra Electio, seu Postulatio, confirmanda foret, aut sananda; & si utraque infirmata, quid ultra Nobis agendum esset. Illi apud Nos convenerunt XV. Kalendas Martias, unaque fuit omnium sententia: utramque non modo nullam, atque invalidam, sed insanabilem videri, tantis undique sca- tent erratis adversus Canones, ipsasque vestras Consti- tutiones. Jus proinde eligendi, in hoc infirmis electio- nis casu, ad Apostolicam Sedem devolutum fuisse; sicuti Ecclesiasticæ jubent Leges, & ubique perpetuo in more fuit: cuius si nullam istic exemplam reperit- ur, referri debet Majorum vestrorum prudentiæ, qui ab hujusmodi nefario Schismate sibi semper caverunt.

§. 2. Nos igitur eorumdem Cardinalium sententiam assensu nostro prosequuti, utramque electionem penitus abrogavimus. Simul autem Patriarcham vestrum elegimus Venerabilem Fratrem Simonem Archiepiscopum Damasci, qui antiquior vestri Cœtus, hoc etiam nomine commendationem habuit ad eam dignitatem; magis autem, quod miti ingenio, & a partium studiis abhorrente, ut plurimum testimonio accepimus, idoneus Nobis visus est ad tantum munus gerendum. Quocirca acceptissimum vobis, vestræque Genti fore, idque prompto atque alacri erga ipsum obsequio, debitæque obedientia vos comprobatos non dubitamus, daturose documentum, præteritas discordias non præcipiti voluntatis æstu commotas fuisse, sed incaute mentis errore, qui facilis excusari potest.

§. 3. Nec vobis in mentem veniat suspicari, hac nostra extraordinaria constituti Patriarchæ providentia, juri vestro quippiam detractum fuisse. Nam, & ipsum

in hujusce electionis diplomate vobis expresse servavi- mus, & in Provinciali, seu Nationali recentis ves- træ Synodi confirmatione, novo, ut pebetatis, Pon- tificiæ auctoritatis robore permunivimus.

§. 4. Hæc per nostras istas literas in forma Brevis vobis referre satis duximus. Plura cognosceris, a Di- lecto Filio Jacobo ab Urbe Luca, Observantium Fran- ciscanorum Alumno, Apostolico Hierosolymis Vifita- tore, quem ad vos Nostro nomine ire Commisarij- um iussimus, ut sedulo curet observari, & custodiri quic- quid in prænunciata Synodo, & a Nobis deinde, pro Ecclesiasticæ disciplinæ, sanctissimæque Religionis tu- tela, sancitum fuit; utque receptis a Sacerdote Andrea Felice, quem Patriarcha Joseph Petrus paulo post vita functus Romam ablegaverat, Nostri in forma Brevis ad eum literis, ubi plura peragenda commendavimus, & recuperato aliquo Religioso dono ad eundem Patri- archam transmissio, id omne Simonis ejus successori representet, nostramque de reverentia sacrum Cultu, rite, ac prudenter insititendo retinendæ, vo- luntatem, cuius consensum fecimus, patefaciat.

§. 5. Quin illam perhumaniter excepturi, præscriptæ- que vobis leges, accurata obedientia exequuturi sitis, nullum Nobis relinquit ambigendi locum, omnium vestrum animus religione, & constantissima erga Su- premum Pastorem fide penitus obstrictus. Præcipue vero vos adhortabitur, ut obiliti præterita æmulationis, unanimes sitis in Christo Jesu, sine querela, sine re- prehensione; simplices filii Dei in medio Nationis, Turcarum scilicet, pravæ, & perversæ, (Apostoli ver- bis utimur,) inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Quod in auspicio, Venerabiles Fratres, Apo- stolicam Benedictionem vobis peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub An- nulo Piscatoris die xvi. Martii MDCCLXIII. Ponti- ficatus Nostri Anno tertio.

J. Vincentius Lucchesinur.

DIGNITAS PROTOPAPE LXXXL

In Ecclesia Collegiata S. Mariæ del'Grasso Messanen. ejusdemque libera electio, necnon Ritus Græco-Lati- ni observantia, ipsius Ecclesiæ Clero in perpetuum asseritur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romana Ecclesia omnium Catholici Orbis Eccle- siarum Mater, & Magistra, assiduis Pontificiæ sollicitudinis, Apostolicæ caritatis, ac supremæ aucto- ritatis studiis sedulam vigilemque in eo potissimum operam posuit, ut omnia, & singula Ecclesiarum, præsertim aliis Patriarchis subiectarum, diversisque in divinatorum officiorum, & sacrosancti Missæ sacrificii celebratione ritibus, linguis, & ceremoniis, per sacros Canones, & Ecclesiasticam disciplinam comprobatis, & confirmatis, utentium, jura, & privilegia, indulta, decora, prærogativas, dignitates, gradus, & honores, quoad sibi integrum fuisset, tueri, confirmare, & a- dangere admitteret. Quamobrem adeo vetustæ anti- quitatis, & integerrimæ traditionis tenax fuit, ut ea, quæ in quibusvis Ecclesiis sapienter statuta, & sanctis- sime custodita reperirentur, non solum inviolabili etiam supremæ Apostolicæ auctoritatis, ac firmitatis robore communiter studuerit; verum etiam Apostolicis mandatis, & sub Ecclesiasticis censuris, ac pœnis, in posterum servanda mandaverit.

§. 1. Quoniam autem, sicut accepimus, munus, dignitas, seu dignitas Protopape, cuius auctoritas, ac præro- gativa plurimi semper in omnibus fere Constantino- politani Patriarchatus Cathedralibus Ecclesiis habita fuerunt, Messanæ, quemadmodum in nonnullis aliis Civitatibus, in Diocesis reperitur, adhuc extat in Collegiata Ecclesia sub invocatione Sanctæ Mariæ del'Grasso, inde Catholica dicta, quod Ecclesia hu- jusmodi, ut asseritur, sub Græcoim imperio, in Spi- ritus Sancti ex Patre Filioque procedentis confessio- no,

PONT. A. III.

ne, cum Romana Ecclesia invicem unita permanerit; & in eadem Ecclesia semper a tunc temporis Di- vina Officia, & Sacrosanctum Missæ Sacrificium Græca quidem lingua, sed Latino Romano Ritu celebrantur; nam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Azymo conficitur, sacre Vestes, & sacerdotalia indumenta ad instar Latinorum adhibentur; & dies festi juxta Kalendarium Gregorianum servantur; præter alia, quæ adhuc religioso cultu peraguntur.

§. v. Hinc est, quod Nos, quibus omnimoda Uni- versalis Ecclesiæ servitus, atque adeo omnium Eccle- siarum sollicitudo a Pastorum Principe Jesu Christo injuncta est, eamdem Ecclesiam in eo bene constituto, quem hætenus egregie servaverunt, & de præsentibus laudabiliter servant, statu deinceps firmius permanere, & constanti cupientes; motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apo- stolicæ potestatis plenitudine, ac de Venerabilium Fra- trum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Congre- gationis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, Di- gnitate antedicti Protopape, cum omnibus insignis, prærogativis, privilegiis, facultatibus, jurisdictionibus, juribus, exemptionibus, titulis, honoribus, & oneri- bus, quibus alii Protopape antecessores de jure, usu, consuetudine, & indultis, legitime tamen, & canoni- ce, & de Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis licentia, be- nignitate, & concessione, hætenus usi, fructi, & ga- vissi sunt, tenore præsentium approbamus, & confirma- mus; necnon volumus & mandamus, ut perpetuis fu- turis temporibus omnino servetur, quemadmodum a plurimis seculis servatus est, in eadem Ecclesia Sanctæ Mariæ del'Grasso Ritus Græco-Latinus, nimirum Di- vina Officia, & Sacrosanctum Missæ Sacrificium Græca quidem lingua, & idiomate celebrandi, sed cum sacris vestibus, & sacerdotibus indumentis latinis, & juxta Kalendarium Gregorianum, atque azymo, prout antehac in usu postum, & servatum est.

§. 3. Præterea motu, scientia, & potestatis pleni- tudine paribus, volumus, & mandamus, ut antiqua consuetudo, cum Protopapam hujusmodi viam uni- versæ carnis ingredi contingerit, unum ex cœtu, & corpore Cleri dicte Ecclesiæ dumtaxat (in quem Cle- rum deinceps perpetuis futuris temporibus nullum omnino, nisi eodem Græco-Latino Ritu, ut præmittit- ur, initium, cooptari, & incorporari pariter volu- mus, & mandamus) in Protopapam pro tempore exis- tentem ab eodem Clero eligendi, & constituendi, sanctissime custodiat; quicumque vero electionem Protopape hujusmodi aliter, quam ut præmittitur, factam, aut quomodocumque sciendam, nunc pro tunc annullamus, irritamusque, ac nullam irritamque esse, & fore, motu, scientia, & potestatis plenitudine pa- ribus declaramus.

§. 4. Decernentes eandem præsentem Literas, ac omnia & singula in illis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes, illis non consen- serit, ac ad ea vocati, & auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentem emanarunt, adductæ, verincatæ, seu alias sufficientes: aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legiti- ma, pia, juridica; & privilegiata causa, colore, præ- textu, occasione, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis les- sionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ; vel quorumvis interesse ha- bentium consensu, aut alio quovis quantumvis ma- gno, & substantiali, ac inexcogitato defectu, notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reducti, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integ- rum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se jussive illo modo posse; sed ipsas præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, firma, valida, & effica- cia existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sique in præmissis per quos-

cumque Judicis Ordinarios, & Delegatos, etiam cau- sarum Palatii Apostolici Auditores, & quovis alios, quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & sanctuatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definituri debere, ac irritum & inane, si se- cus saper his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Quocirca Dilecto Filio Casuarum Curie Came- raræ Apostolicæ generali Auditori, necnon Venerabili Fratri moderno, & pro tempore exilienti Archiepisco- po Massanensi, committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum, per se, vel per alium, seu alios, perpetuis futuris temporibus, præsentem Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Protopape, & Cleri dicte Eccle- siæ pro tempore pariter existentis fuerint requisiti, si opus fuerit, solemniter publicantes, & Protopape, ac Clero prædictis in præmissis efficacis defensionis præ- dio assistentes, faciant auctoritate nostra Apostolica Propopam, & Clerum hujusmodi præmissorum omnium, & singulorum commodo, effectu, & jure pacifice frui, & gaudere, non permittentes Protopapam, & Clerum hujusmodi desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per cen- suras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibusque, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicte Ecclesiæ, & Nationis Græcorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Li- teris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus, omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro- plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias de suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat speciali- ter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis qui- buscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii. Martii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

D. Card. Passioneus.

BULLARIUM.

ANNO 1743. LXXXII.

Uemadmodum preces ad Deum pro Principi- bus effundere, valde consentaneum est, ita con- venit, ut precum ipsarum formulæ sint ex illis, quas Ecclesia usu recepit; maxime vero si ejusmodi preces in celebratione Missarum adhibendæ sint. Præ- terea ad Ecclesiasticam auctoritatem unice spectat preces illas statuere atque indicere; cum nulli seculari Potestati fas sit decernere, præceptoque mandare, ut publicæ preces fiant, sive ad perfolvendas Deo gratias pro beneficio aliquo accepto, sive ad illius opem in gravi aliqua necessitate implorandam.

§. 1. Divus Paulus in prima ad Timotheum cap. Ecclesiæ pro primis orationibus, gratiarum actiones, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt. Quod si expedi- diat hoc loco praxim ostendere, qua primæ Eccle- siæ utebatur in orationibus, & precibus ad Deum pro Principibus offerendis, eam satis patefacere pote- runt

ECCLSIASTICA LXXXII.

Auctoritas in designandis publicarum precationum for- mulis, & in eisdem indicen- dis, asseritur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis.

Uemadmodum preces ad Deum pro Principi- bus effundere, valde consentaneum est, ita con- venit, ut precum ipsarum formulæ sint ex illis, quas Ecclesia usu recepit; maxime vero si ejusmodi preces in celebratione Missarum adhibendæ sint. Præ- terea ad Ecclesiasticam auctoritatem unice spectat preces illas statuere atque indicere; cum nulli seculari Potestati fas sit decernere, præceptoque mandare, ut publicæ preces fiant, sive ad perfolvendas Deo gratias pro beneficio aliquo accepto, sive ad illius opem in gravi aliqua necessitate implorandam.

§. 1. Divus Paulus in prima ad Timotheum cap. Ecclesiæ pro primis orationibus, gratiarum actiones, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt. Quod si expedi- diat hoc loco praxim ostendere, qua primæ Eccle- siæ utebatur in orationibus, & precibus ad Deum pro Principibus offerendis, eam satis patefacere pote- runt

Ad Eccle- siam perti- nentibus, multas sta- tuere ali- que

Pontifex re- fert, ac de- ploret schis- ma Inter Maronites exortum.

Ejusque pe- niciosos ef- fectus.

Controversiæ examen in Corpore particulari instituitur.

Congrega- tionis fecit.

Abrogata duplici elec- tione aliter eligunt Pa- triarcha, me- ritorum lau- de præstans.

Salvis juri- bus Archie- piscopi Maro- nitarum.

Debita s. s. di obedi- entia, & ani- morum com- munitate com- mendat.

Dat. die 18. Mart. 1743.

Legationem jura, & pro- rogationem si- tuum vatic- anæ, conse- cranda.

Dignitas Pro- topape in Eccl. S. M. del'Grasso.

Sublata & irritant &c.

Esse quos depasat cum facultatibus.

Contrariis derogat.

Dat. die 18. Mart. 1743.

ANNO 1743

runt Sancti Dionysii Episcopi Alexandrini ad Præsidentem Emilianum epistola, Tertullianus in lib. ad Scapulam, & in Apologetico, Sanctus Cyprianus, in Epistola ad Demetrium, Origenes in respons. ad Celsum, & Athanasiorum in sua Legatione ad Imperatores pro Christianis.

§. 2. Multum quidem inter se conveniunt credendi, & orandi ratio. Proinde in celebratissimis epistola S. Caelestini ad Gallie Episcopos additionibus cap. 11. legitur: Obsecrationum quoque Sacramentorum Sacramenta respiciamus... ut legem credendi lex statuat supplicandi. Atque hinc oritur, in publicis supplicationibus formulas ab Ecclesia prescriptas esse adhibendas; presertim si res agatur de orationibus, que recitari debeant in Missa, ut dictum est. Idcirco etiam a Sacro Concilio Tridentino caverit, ne preces in Missarum celebratione adhibeantur, præter eas que ab Ecclesia probate, & frequentius, ac laudabili usu recepte fuerint. Quamobrem in Missali Romano pro omni fere necessitate existunt preces quedam, ac religiose orationes, & vetustis, ac venerabilibus Sacramentariis opportune de promptis.

§. 3. Neque vero putamus nimium progredi, immo inter equos auctoritatis nostræ limites Nos certe confitemur credimus, cum asserimus, ad Ecclesiasticam quidem, non autem ad secularem Potestatem pertinere, de Ecclesiasticis, ac spiritualibus rebus disponere. Magnus ille Oñus Episcopus Cordubensis apud Sanctum Athanasium in Epistola ad solitariam vitam agentes, Ecclesiastica sane libertate, ad Constantium Imperatorem hec scripsit: Ne te misceas Ecclesiasticis rebus, neque nobis in hoc genere præcipe; sed potius ea a nobis discite. Tibi Deus Imperium commisit: nobis, que sunt Ecclesie, concessit. Carve, ne que sunt Ecclesie ad te trahens, magno crimini obnoxius fiat. Scriptum est: Que sunt Cæsaris, Cæsari; & que sunt Dei, Deo.

§. 4. Ad viciniora autem tempora, & ad rem, quæ epistole huic nostræ occasionem dedit, propius accedentes, dicimus, a laicorum ipsorum tribunali abrogata fuisse atque rescissa secularis alicujus Magistratus decreta, quibus publice pro Principibus preces indige fuerant, quod ejusmodi decreta nullius auctoritatis aut roboris esse per se innotesceret. Et non multis ab hinc annis Sacra Concilii Congregatio, Prædecessoribus nostris annuentibus, publice abrogavit irritumque fecit secularis Potestatis Edictum, quo illa, ob partem a Principe victoriam, indixerat pro gratiarum actione To Deum laudamus, etiam si protestationem inferuisset, de præjudicio Ecclesiastico juri non inferendo, quod nimirum facto protestatio ipsa adverteretur.

§. 5. Ut igitur æquitate jure, rectoque ordine omnino procedatur, monemus Vos atque hortamur, ut tum Vos, tum alii opera vestra, Deum sedulo rogent pro incoluntate, ac felicitate vestrorum Principum, quemadmodum & Nos pro Principibus Catholicis quotidie facimus. Equo libentique animo accipit, quod Potestates seculares a Vobis petant, ut pro fe publice preces fiant, atque operam dare, ut Ecclesie formulæ in illis usurpentur, neque novæ, aut iniustas orationes in Missa recitentur.

§. 6. Sin autem, quod Nobis persuadere non possumus, laicalis aliqua Potestas, usu, vel consuetudine aliqua, (quæ abusus revera dici debet), præsumat auctoritatem vestram in hoc minime agnoscere, sed jure suo directe veluti publicas preces indicere, immo & penam parere renuentibus statuere audeat; loquimur & Vos, quemadmodum Oñus ad Imperatorem locutus est. Rationes adducite, quas, qui errant, fortasse ignorant. Palam ipsis facite, hanc nullatenus esse rationem exorandi Deum; atque id, quod cupiant, consequendi: ad Vos confutere eos debere, cum Vos si sitis; qui licet hominibus assumpti, tamen ipsis pro hominibus constituti in his, que sunt ad Deum, ut ad Hebræos Apostolus loquitur; nec, præter Vos, posse aliquem opus hujusmodi suscipere; & hunc fumere sibi honorem; sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.

§. 7. Quod si didis non acquiescant, neque a Vobis opportunum iudicetur in eos ita procedere, ut Ecclesiasticæ Disciplinæ jura exigant; Vobis stricte mandamus, ut Nos quamprimum certiores de his faciatis, opportunis quoque transmissis ad manus nostras documentis: cum Nos parati simus ea omnia facere,

quæ clarissimi Prædecessores nostri in ejusmodi occasionibus facere consueverunt. Nolumus enim, ad Supremum Dei Tribunal vocari, de neglectis Sanctuariorum fontibus iudicari. Interea Vos Paterno amore complectimur, Vobisque Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 23. Martii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Mart. 1743. Tertio.

DE DIE NATALI

LXXXIII.

Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli per totam Octavam Romæ solemniter celebrando.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ADMIRABILIS Sapientie Dei sublimitas, cujus provida dispositione mundana Regna constituuntur, ut Ecclesie Fidelium, que Divino comitata adiutorio peregrinantur in Terris, vel amplificanda, vel exercenda, vel custodienda, alterantibus mino ordine vicibus, inserviant, voluntariam humani Generis pietatem, & proclivem in deteriora nequitiam secretorii concilio, & altiori pietate commiserant, cum adventiente temporum plenitudine, sedentibus in tenebris, & ambulantibus in umbra mortis Evangelicæ Fidei lacum effundere decrevisset, Romanum preparavit Imperium, ut promptiores ad omnes Populos predicatio veritatis haberet accessus, quos unius Civitatis dominatio sociaret. Imbuendi autem Evangelio Mundi partibus, accepta per Spiritum Sanctum omnium locutione linguarum, duodecim Apostolorum distribuit, Beatissimus Petrus Princeps Apostolicis Ordinibus ad Arcem destinatur Imperii, ut ea capta, & in obsequium Fidei subjugata, facilius universis Orbis humilitatis Crucis superba colla submitteret. Ad hanc postea Coepostolus ejus Paulus, aliis peregratis provinciis, adveniens, labore, & meritis illi consociatus est, ut Roma tantorum Apostolorum edocta Magisterio, que superstitionis studio profanos omnium gentium cultus, atque errores receperat, veritatis amore, sanctæ atque immaculatæ unitus Dei Religionis Sedes evaderet.

§. 1. Ibi enim sunt Romane Urbis Patres, verique Conditores, qui eam Regnis Coelestibus adscribendam melioribus auspiciis, & fortunatioribus initiis, condiderunt; non illi, quorum manibus cognato sanguine pollutus prima menium fundamenta locata sunt, & quibus is, qui ei nomen dedit, fraterna cæde fœdatam facinorosis hominibus, scelere impunitate promissa, habitandam concessit. At vero isti et tenebris Idolatriæ ad Fidei lumen evocata, Evangelicæ veritate imbutam, Christianis ornatam virtutibus, & ad Cæli sublimitatem erectam, pretioso Sanguine suo consecraverunt, & sacris Corporum suorum Sepulchris adversus furentium hæresum insidias, & fremantis infernalis hostis impetus, tanquam duobus firmis manibus univere propugnaculis, Beatus autem Apostolus Petrus, Sacrosancti Sede Romanam translata, cum privilegium potestatis a Christo Domino acceptæ ad omnes suos transmittat hæredes, fupremi culminis prerogativam quodammodo cum ea communicavit, adeoque ut per Beati Petri Cathedram, Princeps, ac Caput Orbis fieret, & in immensum Religione Divina ejus cresceret dignitas, cujus latus quam dominatione terrena per totum Orbem pretendebatur auctoritas. Quare et si in Sanctorum solemnitatibus commune universorum Fidelium deceat esse gaudium, cum ob fidei unitatem in acceptis a Deo per Servos suos beneficis indiscretam sit omnium utilitas, tamen Natalis Apostolorum Petri, & Pauli Festivitas, præter illam reverentiam, quam pro toto Terrarum Orbe promerit, speciali, & propria Romane Urbis exultatione veneranda est, ut ubi præcipuum Apostolorum glorificatus est exitus;

§. 2. Vivit adhuc in mente hominum, & nulla unquam delebit oblivio, vetus memoria, & recordatio, quam merito, & quanto per totum Orbem, sed præ-

Dei consilium in statuendo Romano per BB. Apostolos Ecclesie Principatu.

Quantum debeat Romana Urbs illi dem Beati Apostoli.

Horum Naturale maximum lemritate in Urbe celebratum.

PONT. A. III.

præcipue in hac Alma Urbe nostra, fuerit a primis Ecclesie sæculis celebri cultu, & splendida solemnitate Natalis dies Beatorum Apostolorum celebratus. Si quidem ea die traditum est, Romanos Pontifices Prædecessores Nostros primum in Basilica Beati Petri in Vaticano, deinde in altera Apostoli Pauli Via Ostiensis, Sacrum immortalis Deo in honorem Principum Apostolorum fecisse, & Romanum Populum frequentissimo coetu, & celebri concursu, utramque Basilicam, sacras Apostolorum Reliquias veneraturum, invisere solitum; immo ad eandem solemnem diem ex diversis Orbis partibus, innumerabilem populi multitudinem, linguis, moribus, & regionibus discretam, venerationis tamen erga Beatorum Apostolorum cineres, & triumphalem Natali eorum memoriam concordi obsequio sociatam, confluisse consuevisse; Episcopos etiam, aliosque sacros Antistites, sublimes Regiasque Personas, ad eandem solemnitatem convenire solitos fuisse, supplicique se, suasque coronas ad pedes Piscatoris, & ad Scenofactoris monumentum, adstantibus Ducibus, & Præfectis militum, prostrerent. Hæc igitur, & alia humilissimi diligenti animi consideratione nobiscum repurantes, vehementer solliciti sumus, ne nos; qui in tantis periculis, & adversitatibus constituti, Sanctorum Apostolorum valido indigemus auxilio, degeneres a Majorum pietate, & devii a sanctis eorum Institutis simus, & quibus in accipiendis a Deo per Beatos Apostolos beneficiis, & donis pares sumus, impares & ingrati in sacra eorum recolenda memoria, & gratis immortalis Deo agendis reperiamur, meritoque illorum deservatur præsidio, quorum negligimus solemnitatem.

§. 3. Tolentes itaque, cupientisque, Romani Populi erga Beatos Apostolos devotionem, de quorum præsidio hanc Urbem nostram, eorum decoratam corporibus, coelestibus illustratam doctrinis, & potenti apud Deum patrocinio semper adiutam, maxime considerare decet, quantum in Nobis est, augere, atque amplificare, hac nostra in perpetuum valitura sanctione statuimus, ac decernimus, ut recurrente per ordinem Natalis die eorumdem Apostolorum, non solum in Basilica Vaticana, ut nunc moris est, in pervigilio ejusdem Festi, Vesperæ solennes celebrantur; (quibus interesse solet Romanus Pontifex cum S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Romanæ Curie Prælatibus, qui locum in Capella Pontificia obtinent; & mane in eadem Basilica solemnem Sacrum ab ipso Romano Pontifice peragatur; & secundæ Vesperæ ejusdem venerabilis diei Ecclesiastico Cantu, ac Ritu, a Capitulo, & Clero, præsertim etiam S. R. E. Cardinali præfate Basilicæ Archiepiscopo, aliisque Cardinalibus ad eandem Vesperarum solemnitatem devotionis causa accedentibus, perfolvantur; sed ulterius per totam Octavam singulis diebus in diversis Ecclesiis quippe aliqua Apostolorum memoria, aut prerogativa insignitis, a Nobis electis, & inferius nominandis, Missa in Pontificalibus, concinente, ac psallente schola Cantorum, aliisque Pontificie nostræ Capellæ Ministris inservientibus, ordine, ac modo infra dicendo, rite peragatur, recolaturque memoria illustri triumph eorum Martyrii, quod toto Terrarum Orbi, sed præcipue Romane Urbi decus contulit, & dignitatem.

§. 4. Secunda igitur intra Octavam die, Missarum solemnitas in Pontificalibus celebrantur, presentibus Venerabilibus Fratibus Episcopis Pontificio Throno assistentibus, in Basilica Beati Apostoli Pauli Via Ostiensis, in qua celebris est utriusque Apostoli memoria, sacreque Reliquie servantur, & veteri illustro solemnitate eadem die Beati Apostoli Pauli commemoratio recolitur, qui si adhuc vivens in Terris, adeo Romanos diligebat, ut sine intermissione memoriam eorum in suis orationibus faceret, vehementerque cuperet eos videre, & ad eos confirmandos, aliqui spiritualis gratiæ impertiri; quanto magis sperandum est, quod modo Beatus in Cælis, pro Alumnis suis Deum orare non cesset, suandique opem humiliter postulantis afferre non recuset, ut in illa celesti confirmetur doctrina, in qua eos ore suo, per quod Christus loquebatur, erudit, & dignitatem.

§. 5. Tertia die in Ecclesia Sanctæ Pudencianæ fiet solemnitas in Pontificalibus Sacrum, interventibus dilectis filiis Protonotariis Apostolicæ Sedis ex numero Participantium. Nam perhibent hoc loco fuisse do-

num Pudentis Senatoris, apud quem, cum primum Romanam advenit, hospitatus est Princeps Apostolorum Petrus, qui in eadem domo Verbum Dei Gentibus annuntiavit, sacras habuit Synaxes, Sacrum pluries fecit, & Sacramenta Christi administravit; adeo ut in ea facta sint quodammodo prima Romanæ Ecclesie fundamenta, omnium aliarum Ecclesiarum Matris, & Magistræ, quam superæ inferorum portæ non vincunt.

§. 6. Quarta die in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via Lata Missarum perfolvantur sollemnia, interventibus dilectis Filiis Casarum Palatii nostri Auditoribus. Locus enim iste antiqua est Religione celeberrimus: ibi primum, ut fertur, hospitio exceptus est Apostolus & Magister Gentium Paulus, qui, ut Acta Apostolorum testantur, mansit biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, predicans Regnum Dei, & docens, que sunt de Domino Jesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.

§. 7. Quinta die ad Missarum sollemnia in Pontificalibus celebranda convenient dilecti filii Cameræ Apostolicæ Clerici in Ecclesia Sancti Petri ad Vincula, seu Vincula, titulo Eudoxiæ. Hæc enim prima Ecclesia esse traditur, quæ a Principe Apostolorum fuit Romæ Immortalis Deo dedicata; in hac eisdem Beati Apostoli sacra Vincula servantur, quæ semper summo in honore, ac veneratione apud Fideles omnes fuerunt; pluraque benignissimus Deus miracula per ea effecere, ad laudem, & gloriam Servi sui, dignatus est. Hæc enim sunt felices illi nexi, qui de manicis, & compediibus in coronam mutandi, Apostolorum contingentes; martyrem reddiderunt: Felices catenæ, quæ nudatis pene ossibus inhaerentes, vivas reliquias de sanguinis sudore, jam attrita carne, rapuerunt: Felicia Vincula, quæ reum suum usque ad Christi Crucem, non tam condemnatura, quam consecratura, miserunt.

§. 8. Sexta autem die in Ecclesia Sancti Petri in Carcere, quo, ut ferunt, Beati Apostoli Petrus, & Paulus per plures menses arctissima custodia ad mortem usque detenti sunt, eorumque Custodes Processus, & Martinianus ad fidem conversi, subito ex proxima petra Divina virtute fonte enato, fuerunt a Petro Sacro Baptismo abluti; & ubi in vinculis, & teterissimi carceris fœditate inviventibus fe Evangelium Dei prædicare, curare infirmos, sanare ægrotos, & multa alia patrare miracula non desierunt. Missa autem in Pontificalibus in Ecclesia superiori, ob inferioris angustiam, assistantibus dilectis filiis Referendaris Votantibus Signaturæ Justitiæ, celebrabitur.

§. 9. Septima die Missa in Pontificalibus, assistentibus dilectis filiis Abbreviatoribus Parco Majori, celebrabitur in Ecclesia S. Petri in Monte Aureo, ubi, ut pia traditio fertur, Beatus Apostolus Petrus Cruci affixus; Martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus elevatis, asserens, se indignum, quod sic crucifigeretur, ut Dominus suus: sed ita e terra Cælum, quo iter parabat, suspiciens, admirandæ humilitatis virtutem, novique mysterii disciplinam & inter tormenta servavit.

§. 10. Demum octava die, festiva BB. Petri, & Pauli Apostolorum Principum sollemnitatis in Sancta Lateranensi Basilica absolvetur. Ibi enim supra Altare Majus in argenteis Imaginibus, margaritis, lapidibusque pretiosis ornatis, Sacra Apostolorum Capita, quæ olim in Ecclesia S. Laurentii ad Sancta Sanctorum servabantur, a fel. rec. Urbano Papa V. Prædecessore Nostro reposita fuerunt. Beata Capita, que Sanctarum illarum Animarum sedes, nihil humile, aut mundanum, sed coelestia solium, ac Divina cogitarunt; quæ non terrenum pulverem, aut humanas sordes, sed Divinas revelationes, & Celestia Arcana recipere meruerunt; quæ in novissima omnium mortuorum resurrectione, æternis oranda fertis corporibus, ac animabus suis, superne Patriæ beatitudine fruitura, conjungentur. Mane Missarum sollemnia in Pontificalibus, presente Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio, eo majori ritu, & solemnitate, qua sacri hujusmodi Cardinalium conventus peragi unquam solent, Romano celebrantur, Vespere autem Sacras Apostolorum Reliquias veneraturi, solemniter cultu, & pari animi de-

Quarta die in Ecclesia S. Mariæ in Via Lata.

Quinta die in Ecclesia S. Petri ad Vincula.

Sexta die in Ecclesia S. Petri in Carcere.

Septima die in Ecclesia S. Petri in monte Aureo.

Octava die Capellan Cardinalium haberi in Basilica Lateranensi.

Et Senatuum Romano quodammodo accedente.

Nullam jurisdictionem potestatem in spiritualibus.

Precepta Magistratum de publicis habentibus precibus, & hanc revocata, & abrogata.

Monentur Episcopi, ut pro principibus, juxta Ecclesie Ritus, orati jubent.

Sed licet potestati ipsam forte impertiant, non assentiantur.

Si qui periculis fuerint, de his ad S. Sedem referant.

Jabet non modo diem Festivitate de morte, solemniter transigi.

Sed per totam Octavam coelestium continuari.

Missam Pontificalem in Capella die in Basilica S. Pauli celebrari.

Tertia die in Ecclesia S. Pudencianæ.

ANNO 1743.

devotione ad eandem Basilicam pergant dilecti Filii Nobles Viri Senator Urbis, & Romanorum Civium, & Camerae Urbis Conservatores; quorum pietatis exemplo commotus, ad debitas immortalis Deo gratias reddendas, pro ineffabili munere ei collato in Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli patrocinio, universus Romanus Populus celebri frequentia, & aemula festinatione accedere contendat.

Singulis diebus supplicationes Confratrum rati ad praedictas Ecclesias haberi.

§. 11. Promeridiano autem tempore aliorum dierum, omnes Confraternitates hujus Almae Urbis, per Venerabilem Fratrem nostrum S. R. E. Cardinalem Vicarium pro tempore publico edicto intimandae, statim suis quaque diebus, ad eam Ecclesiam, ubi mane Missa in honorem Apostolorum celebrata fuerit, pie, ac devote procedant. Singulis autem Confratribus processionaliter accedentibus septem annos, & totidem quadragenas, & aliis omnibus utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, qui eandem Ecclesiam, ubi Statio erit, religiose visitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia confisi, centum dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis, misericorditer in Domino relaxamus.

Adhuc et cultum exhibendum erga Beatos Apostolos, ob beneficiorum memoriam.

§. 12. Monemus autem in Domino, & instantius rogamus omnes Christianos in hac alma Urbe natos, & commorantes, ut pia majorum exempla in veneratione erga Beatos Apostolos laudabili studio emulantes, in Ecclesiis a Nobis constitutis devota celeberrime conveniant, & spirituali laetitia exultantes, laudentque Deum, qui glorificatur in Sanctis suis, tantam Natalis diei Apostolorum celebrent solemnitatem. Siquidem de praedicto divinitus Nobis, ad exemplum patientiae, & confirmationem fidei, praeparato, in horum excellentium Patrum merito est exultantius gloriantium, quos gratia Dei in tantam altitudinem provexit, ut horum alteri magnum, & mirabile consortium potentiae suae tribuerit Divina dignatio; alter vero Vas electionis, & specialis Doctor Gentium, superno oraculo, & Caeli sententia fuerit designatus. Praeterea meminerint saepe hanc Urbem potenti Apostolorum protectione a Barbarorum incursum, a caede, a depopulatione, ab incendiis, a terremotibus, aliisque innumeris periculis, & calamitatibus liberatam. In mentem revocent innumera illa prodigia, & gratias, quas ad gloriam Servorum suorum, Blandorum, vel Catenarum contactu, vel sola oratione, aut nominis invocatione, antiquorum fidelium pietas, ac devotio ab Omnipotenti Deo obtinuit. Demum in memoria habeant verba illa Beati Leonis Praedecessoris Nostri ad Romanum Populum ex Beati Petri Cathedra clamantis, & dicentis: Licet omnem Ecclesiam, quae in toto est Orbe Terrarum, causis oporcat florere virtutibus; vos tamen praecipue inter ceteros populos docet maritis pietatis excellere, quos in ipsa Apostolicae petrae arce fundatos, & Dominus Noster Iesu Christus cum omnibus redemit, & Beatus Apostolus Petrus pro omnibus praedixit.

Intermissio quoque Coelestis vindictae metu.

§. 13. Caveant igitur, ne Sanctis suorum Pastorum monitis inobedientes, ne immemores beneficiorum Dei, ne irreligiosi erga Servos eius Beatos Apostolos, & ab similes majorum pietati inveniuntur. Magnum enim periculum est, esse homines, per oblivionem beneficiorum, ingratos Deo, & Servis eius, nec correptione corrigi, nec de gratiis recordari. Sciant denique, quod Beatos Apostolos, qui apud Deum intercessores sibi esse non curat, suarum culpularum severos Judices habebit, & quos conciliatores supernae miserationis habere contemnit, offensae majestatis sentiet ultores.

Sandio Constitutionis.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae Constitutionis, Decreti, Statuti, Definitionis, Monitionis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadagesimo tertio, Kalendis Aprilis Pontificatus Nostri Anno III.

Decretum die 11. Apr. 1743.

P. Card. Pro-Datararius
D. Card. Passioneus
VISA DE CURIA
N. Antonellus
J. B. Eugenius
Registrata in Secretaria Brevium
Publice die 13. Aprilis ejusdem Anni.

AUDITORIBUS

Causarum Sacri Palatii Apostolici conceditur delatio Roccheti etiam in accessu ad Capellas, Functiones etc. & in recessu etc.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuum vsi memoriam.

PRECLARA debita erga insignem Dilectorum Filiorum Capellanorum nostrorum Causarum Palatii Apostolici Auditorum Collegium existimationis opinio, ab ipsa Adolescentia nostra ex eo potissimum concepta, quod, postquam sedulam utriusque juris studii operam dedissemus, sub disciplina clar. mem. Alexandri primum Causarum Palatii Apostolici Auditoris, deinde Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Caprarae, per plures annos, praesitit apud idem Collegium sacramento, in Causarum controversiarumque ab eorumdem Capellanorum Auditorio decidendarum, terminandarumque disquisitione pro virili parte versati fuimus, magis magisque deinceps apud Nos, crescentibus annis, auctisque muneribus, ita invaluit, ut conspicuum ipsorum Capellanorum muneris dignitatem, eorumque egregiam in administranda iustitia sapientiam, & integritatem, ea, qua decebat, veneratione semper perspexerimus. Porro ad haec accessit singularis honor, cuius memoria apud Nos adhuc recens perseverat, Nobis, postquam in Advocatorum Consistorialium Collegium ab anno tere cum dimidio adsciti fueramus, a toto Auditorio delatus, cum exortam de Jure Canonico controversiam, a Jansperitis nunquam agitatam, Nobis, unacum altero hujus Romanae Curiae gravissimo Patrono, pro veritate discutendam adjudicandamque detulit idem Auditorium.

Pontificis studium ex Collegium Auditorum Sac. Palatii.

Honoris ob eodem Collegio sibi de huius memoria.

Pontificis in istis benevolentis significatio.

Tenore Decreti a Congreg. Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Caeremoniis praeposita habita die xx. mensis Novembris anni MDCCXLIII. proxime elapsi edita, quae insequenti die xx. mensis, & anni Nos approbavimus, illud quoque continebatur, quod nulli Praelatorum, cujusvis Ordinis, aut Collegii fuerit, qui Roccheti praerogativa potitur, impofterum liceat eodem indulto per Urbem incedere; cum hoc gestare unice ex Summorum Pontificum munificentia, unacum lem nificis nigris ad Equos proprii Curru appensis, praecipuum suorum Officiorum ratione, ac praesentia, permiffum fit Almae Urbis Gubernatori Vice-Camerario, Generalibus Reverendae Camerae Apostolicae Auditori, ac Thesaurario, necnon utriusque Sacri Palatii Apostolici Praefecto, atque insuper, ob distincti habitus accessio nem, Mozette scilicet a san. mem. Benedicto XIII. quatuor Patriarchis, Constantinopolitano videlicet, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano concessa, dum Mantelletto, ac praesata Mozetta ornati processerint. Praelati autem, qui Roccheti praerogativa fruuntur, tunc tantum sument illud per Scalas Palatii Pontifici, Apostolicam Aulam, vel in antecedenti Cubiculo, illud Congregationum, aut Collegialium actionum, quae in eodem Palatio cum Rocchetto fient, ingressuri; necnon quando primum, in promotione, Sacro Senatui de novo adscriptos, & iterum Cardinalatus insignis decoratos, eos in suis domibus visitabunt: Quoties quemcumque ex Dominis Cardinalibus primo inviserit, vel Cardinali similiter Rocchetto indulto in comitatus obsequiis erunt, sive domi fuerint, sive

BULLARIUM.

PONT. A. III. five extra; conveniendo insuper cum Oratoribus Principum, qui Aula gaudent Regia, publicatolemni pompa procedentibus, & in actu pariter duntaxat conjunctumque alterius publicae, vel privatae actionis, in qua Roccheti usus, dignitas, vel muneris ratione, eis competere potest.

Auditoribus Sac. Palatii cum aliis possent.

Non obstantibus Licetis Innoc. X. eorum favore expeditis.

Pontificis expediti praedictarum Literarum ampliatum.

Item obstantibus eisdem Auditoribus saepe favorabiliter.

Declat nos praefato Decreto non comprehendi.

claramus, Capellanis Auditoribus praestatis competere, ANNO 1743. Et, quatenus opus, usum Roccheti, secundum Literas Innoc. X. eisdem indultis sit. §. 3. Cui sane Decreto, cum, sicut acceperamus, debitam obedientiam praestitissent ipsi quoque Causarum Palatii Apostolici Auditores, qui domo sine Rocchetto, juxta dicti Decreti formam, ac tenorem, exeuntes, & ad Pontificium Palatium, vel audientiam nostram postulari, vel Sacris in Pontificia Capella peragendis functionibus interfuerint, vel Auditori sui omnia obituri, accedentes, eodem Rocchetto se, vel per Scalas eisdem Pontifici Palatii, vel in Aula Apostolica, vel in ipso Aula Auditorii ingressu sese induerunt, quod pariter Rocchetum, obitis muneribus suis, statim exeuntes, domum, quemadmodum inde venerant, sine Rocchetto redierunt: Nos, quippe quibus notum erat, usum Roccheti memoratis Causarum Palatii Apostolici Auditoribus a sel. record. Innocentio Papa X. Praedecessore Nostro concessum fuisse, ejusdem Innocentii Praedecessoris Apostolicis in simili brevis Literas die vii. mensis Martii anno MDCLXV. pro concessione hujusmodi expeditas, quarum nulla in praedicto Congregationis praesata Decreto sit mentio, inaspicere volumus, ut ex hisce aliquid rationis monumentum, una cum nostrae Pontificiae benignitatis testimonio, ipsis Causarum Palatii Apostolici Auditoribus profuturum, deduceremus.

§. 4. Ac primum quidem serio animadvertimus, Literas pro antedicti Roccheti concessione datas fuisse a praedicto Innocentio, qui, dum in minoribus esset, viginti quatuor annos munde Capellani Auditoris hujusmodi summa cum laude expleverat. Deinde vero eisdem Literas tam apertissimis verbis conceptas esse reperimus, ut nihil magis; omnibus enim, & singulis Capellanis Auditoribus tunc, & pro tempore perpetuo existentibus, quod in quibusvis Conciliis etiam Universalibus, Congressibus, Congregationibus, Conventibus, Sessionibus, Processionibus, Pompis, Conciliis, Functionibus, Negotiis, ceterisque Actibus publicis, & privatis, Pontificis, Imperialibus, Regis, Cardinalis, ac quorumcumque Principum, five Sacris, five profanis, vel mixtis tam in Statu Ecclesiastico, quam extra illum, ubique locorum, & gentium, etiam in Romana Curia, ac in quibusvis Regnis, Provinciis, Regionibus, & Locis, & Transalpinis, & Ultramarinis, ac etiam in sua, & Romani Pontificis pro tempore existentis, ac Imperatoris, Regum, Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, Ducum, Principum, & quorumlibet aliorum, quacumque Mundana, & Ecclesiastica Dignitate, etiam speciale, & individuum expressionem requirentem, fulgentium, praesentia, conspectibus, & curiis, ac generaliter ubicumque, coram quibuscumque, & quovis tempore, Rocchetum palam deferre, illoque indulti publice incedere, & comparare libere, & licite possent, & valerent, plena, & ampla facultas, ac licentia conceditur, atque imperitur.

§. 5. Praeterea usum, & consuetudinem, quoad Rocchetum ab istis Capellanis Auditoribus induendum, deierendumque, inquirentes, etiam Nos per quadraginta annorum curriculum in hac Alma Urbe Nostra, antequam ad Pontificiam Dignitatem eveheremur, commorati, nonnullos ex Capellanis Auditoribus, sive ad Pontificias Capellas, sive ad ipsum Auditorium tam accedentes, quam inde redeuntes, Rocchetto exutos semper vidisse meminimus, a gravissimis tamen Viris doctis, interdum alios Rocchetto indutos, interdum alios eo exutos ad antedicta Officia persolvenda procedere, ac praesertim in eorumdem ad Auditorium accessu, & reditu, consuevisse, variam nec semper constantem fuisse cognovimus.

§. 6. Eapropter Nos, attentis praemissis, effusa scilicet Innocentii Praedecessoris indulgentia, verborum in concessione hujusmodi adhibitorum amplitudine, & consuetudine atque usu non semper constanti, non immerito ductimus, non obstante memorato dictae Congreg. Decreto, (quod tenore praesentium Apostolica Auctoritate iterum confirmamus, & Apostolica firmitatis robore munimus, salvo semper, firmoquemanente ejusdem Congregationis jure), posse declarare, quemadmodum tenore, & auctoritate paribus de-

Et, quatenus opus, usum Roccheti, secundum Literas Innoc. X. eisdem indultis sit.

Classulae, & Decreti apud indulti sit.

Derogatio.

Dat. die 10. Apr. 1743.

Pro D. Card. Passioneo. Cajetanus Amatius.

MATRIMONIORUM

LXXXV.

Firmitati consulendo, damnantur, & annullantur pacta inter Conjuges inita de non appellando a sententia lata pro Matrimonio nullitate. Confirmatur Constitutio edita super hujusmodi iudiciorum forma. Ecclesiasticae Disciplinae observantia in Matrimonii celebratione commendatur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Regni Poloniae.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NIMIAM licentiam, ac libertatem, abusumque, in perpetuis indissolubilibusque vinculis Matrimoniorum canonicè celebratorum, diuturna etiam annorum concordia stabilium, nulla legitima causa intercedente, nec, si qua esset, juxta canonicas praescriptiones expensas, ac tanta cum facilitate, non sine gravi honorum offensione, dissolvendis, in Ecclesiasticis illius Poloniae Regni Curis, induitum vigentemque, per alias nostras in simili forma Brevis Literas die undecima mensis Aprilis anno millesimo septingentesimo quadagesimo primo ad Vos datas

Conturbationem frequentes in Poloniae solutiones alias improbat.

ANNO 1743

Leges super Matrimonii occultis Pontifice edita

Reformata Iudicia Causarum Matrimonialium

Idoneorum Iudicium de causis Matrimonialibus

Præferri in causis Matrimonialibus

Præmissa a Poloniis cludentur, in tantis partibus de non appellando a sententia super nullitate Matrimonii

Neglecta forma Præscripta pro celebratione Matrimonii

Fomes controuersarum super validitate

deplorantes Nos, & detestantes, atque in simul Fratritates Vestras rogantes, & in Domino exhortantes ad custodiendas vigilias super Oribus vestrae curæ commissis, admonueramus, Nos hac in re salutare Leges modumque opportunam serio meditari.

§. 1. Interea certiores facti, in quamplurimis Christiani Orbis regionibus inuestam esse pravam consuetudinem Matrimoniorum Occultorum, vulgo Conscientiæ dictorum, a quibus illa quoque, inter ceteras inde provenientes inordinationes, confusioneque emanabat, qua occulta huiusmodi Matrimonia, aliis Matrimoniis cum aliis Coniugibus publice celebratis, re ipsa solvebantur, per Encyclicas alias nostras Literas ac Venerabiles Fratres, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos uniuersos die vigesima sexta mensis Augusti eisdem anni scriptas, ea, ad antedictam pravam consuetudinem penitus abrogandam, præscriptimus, quæ Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini, Decretis consona, si accurate seruantur, inunctam Nobis sollicitudinem imminerent.

§. 2. Hicce insuper alias pariter nostras sub Plumbo Literas tertio nonas Novembris anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo expeditas addidimus, in quibus typorum arte editis, ac palam propositis, & vulgatis, itauimus, & in causis Matrimonialibus super Validitate, & Nullitate Matrimoniorum seruandas mandauimus Leges, ac Regulas, quantum ab hominibus prospici potest, opportunas, ac necessarias, secundum quas Ecclesiastici Iudices, neque culpa, & improbitate, neque inficitia, ac ignorantia abrepti, cum disceptationem de validitate, & nullitate Matrimoniorum huiusmodi apud ipsos haberi contraxisset, non pro ingenio, sed pro iustitia tuto sententiam suam ferre possent.

§. 3. Præterea cum relatum objectumque esset, malum huiusmodi inde evenire, quod Commissiones, quæ quoad secunda in Causis Matrimonialibus edita postulat, & instantias dabantur, ad Viros ad Jus dicendum neque aptos, neque idoneos, sed iudicandum prosum incapaces dirigerentur: Nos non solum per Encyclicas alias Literas uniuersis Antilitibus inscriptis, singulis inunximus, & mandauimus, ut uniuersis que cum Capitali Cathedralis Ecclesie sue consilio, eorum Virorum, quot ad grave Iudicium huiusmodi ministerium probe, & sapienter obeundum aptos, & idoneos, rebus omnibus consideratis exacteque expensis, in Domino reputassent, indicem confectum, ad Apostolicam hanc Sanctam Sedem mitterent; verum etiam in memoratis nostris sub Plumbo expeditis Literis addendum curauimus, ne antedictæ Commissiones in secundis Instantiis super Causis Matrimonialibus deinceps ad alios dirigerentur, quam ad viciniore Antilitibus; atque ut tunc dumtaxat, si forte contingeret ita fieri non posse, ad quæspiam ex indicatis Viris aptis, & idoneis Commissiones huiusmodi dirigantur.

§. 4. Ex præscriptis Apostolicæ providentiæ auctoritatique nostræ Sanctionibus conceptam fiduciam sustentantes, fore nimirum, ut abusus antedictus, & omnis inordinatio istinc potissimum, quemadmodum alibi, benedictente Domino, evenire gratulabamur, penitus auferretur; ingenti cum Pontifici cordis nostri dolore accepimus, istic novas fraudes adinventas, nostræ effugia quaesita, quibus Apostolicæ salutares Ordinationes eluderentur. Horret animus referre non solum Pacta inter Coniuges, Matrimonii dissolutionem contententes, vicissim conuenta, ut alter eorum, post latam ab Ecclesiastico Iudice super Matrimonii nullitate sententiam, ab eadem appellare audeat, ad quamdam certam pecuniæ summam alteri de ipsa sententia acquiescenti solvendam teneatur, verum etiam ab Ecclesiastico Iudice, apud quem appellatio instituta fuerit, Appellatam ad omnimodam summæ huiusmodi solutionem damnari.

§. 5. De hisce autem rebus accuratissime exquisitis plenissime edocti, Nos in ea sumus sententia, inordinationem, confusionemque antedictam in Regno Poloniæ vigente, maiorem in partem, ex more modoque, quo Matrimonia per Poloniam contrahuntur, ac celebrantur, omnino exoriri. Sæpe numero enim, ac passim præsentia proprii Parochi, dum Matrimonium per verba de præsentibus contrahitur, desideratur, & cuiuslibet Sacerdoti interessendi commissio, interdum infictio etiam proprio Parocho, demandatur. Fre-

quentissime etiam super denunciationibus per tres Festos dies inter Missarum solemniam in Parochiali Ecclesia tam Viri, quam Mulieris, de Matrimonio contrahendo fieri solitis, ac tantopere præscriptis, dispensatur; itaut, nulla intercedente legitima, & urgenti causa, ne una quidem denunciatio fiat.

§. 6. Quamobrem obstruenda omni via, qua ad agnitionem perveniri posset, in quolibet Matrimonio cum debita utriusque Contrahentis libertate, & consensu celebraretur; intercedat ne interutrumque Contrahentem impedimentum aliquod, cuius causa deinceps idem Matrimonium iam contractum dissolvi, & irritari debeat; Hinc opportunus datur locus frequentissimis super nullitate Matrimoniorum in facie Ecclesiæ etiam inuicem disputationibus; interdum quidem contenditur Matrimonium, siue per vim, siue per metum, & sine alterius Coniugis libero consensu contractum fuisse; interdum vero impedimentum obtenditur, quod, ceteroquin legitimum, ac canonicum, ante resciri potuisset, quam Matrimonium contraheretur, nisi de industria, deditaque opera occultum esse voluissent; interdum etiam, quod frequentias accidit, inde Matrimonii nullitas arceffitur, quod coram alio Sacerdote, licet de commissione siue Parochi, siue Antilitis Ordinarii, sine tamen debitis consuetisque formis attributa, celebratum fuerit Matrimonium. Nemo sane est, qui non intelligat, præmissa omnia, tamquam perpetuum Diabolicæ nequitie fomitem, aptumque sceleri aditum, in causa esse, & ut canonicum appellacionis beneficium a Nobis in ultimis nostris Literis tantopere commendatum, quo alter Coniugum, post adjudicatam alteri super Matrimonii nullitate causam, frui potest; per hæc fraudes, & effugia impediatur, & ut frequentiores sint, non sine gravissima bonorum offensione, & scandalo, in Polonia huiusmodi Connubiorum dissolutiones.

§. 7. Itaque, ut inunctis imbecillitati nostræ Apostolici muneris partibus, quantum cum Domino possumus, satisfacere, & opportunum perniciosissimo huic malo remedium adhibere adnitamur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, de-ve secunda, que Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, non solum omnia, & singula eisdem pacta inter Coniuges, pro dissolutione Matrimonii quomodocumque faciendâ, quomodolibet inita; verum etiam ea, quibus siue directe, siue indirecte, appellatio a Iudicis sententia iam lata super Matrimonii nullitate impediatur, etiam utraque pacta interposito iurejurando approbata, & confirmata, atque etiam ante editas nostras memoratas ultimas Literas quomodolibet conuenta, & facta fuissent, nulla, invalida, irrita, nullius roboris, & momenti esse ac fore, & impotestum futura, & habenda esse declaramus, & nunc pro tunc annullamus, invalidamus, irritamusque; itaut nullo unquam pacto, tam in foro interno, quam externo, obligatoria sint, & habeantur, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda, a qua nemo, quicumque pacta huiusmodi celebraverit, præterquam a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente Successore nostro, nisi in mortis articulo, absolutionem obtinere possit. Præterea eadem excommunicationis pænæ ipso facto obnoxium esse, & fore, eamque incurere, & incursum esse pariter declaramus, & nunc pro tunc pronunciamus, quemcumque Iudicem, qui pacta antedicta executioni demandanda, & seruanda curare, pronuciare ausus fuerit; ac propterea præfatas ultimas, Literas, seu Constitutionem nostram, & quæcumque in iis, siue in ea contenta, ac præferta omnia id quod quoad ordinem seriemque appellacionis a deputato Matrimonii Defensore, semper ac a Iudice contra eisdem Matrimonii nullitatem sententia pronuciata fuerit, interponendæ continetur, statuitur, ac præcipitur, quatenus opus sit, iterum innovamus, & confirmamus, denuntiamusque; & Fratritatibus Vestris eisdem nostras Literas iterum proponendas, evulgandasque, in virtute sanctæ Obedientiæ iubemus, evulgandasque, in verbo ad verbum istem presentibus expressæ, & insertæ fuissent, quemadmodum earumdem tenorem ipsis præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus.

§. 8. Quamquam vero quæcumque hæcenus gefimus, retulimus, præscriptimus, factis esse intelligimus, PONT. A. III.

PONT. A. III.

Præferri officiosissimi Parochi

Insuper in consensu Matrimonii

Præferri in causis Matrimonialibus

Præmissa a Poloniis cludentur

Præferri in causis Matrimonialibus

Præmissa a Poloniis cludentur

Neglecta forma Præscripta

Fomes controuersarum

ANNO 1743

PONT. A. III.

Præferri officiosissimi Parochi

Insuper in consensu Matrimonii

Præferri in causis Matrimonialibus

Præmissa a Poloniis cludentur

Præferri in causis Matrimonialibus

Præmissa a Poloniis cludentur

Neglecta forma Præscripta

Fomes controuersarum

gimus, ut Fideles istic præsertim Matrimonii sanctitatem cognitam habentes, ad Sacramentum hoc magnum, ea, qua-decet, animi reverentia, ac pietate, ineundum accedant, eandemque sanctitatem, mutuamque animorum concordiam perpetuo inuoluntam indissolubilemque seruent; tamen nostræ hac in re gravissima Apostolicæ sollicitudini hæc factis esse ducimus, nisi Fratritatibus vestris proponamus præclaras salutaresque Leges, ac Regulas aliarum bene constitutarum Diocesum, in quibus fere nunquam, aut rarolites super contractis Matrimoniorum aguntur, & Sententiæ super eorumdem Matrimoniorum nullitate pronuntiantur.

§. 9. Ac primum omnium, munus, quod ad proprium Parochum iure spectat, interessendi Matrimonii celebrandis, per se ipse Parochus, nisi legitima, gravissimaque de causa impeditus, obire tenetur.

§. 10. Onus pariter proprio Parocho inunctum est, ut antequam Denunciations de ineundo Matrimonio publice in Ecclesia inter Missarum solemniam fiat, ipse tum Sponsam, tum Sponsam foris caute, & ut dicitur, ad aurem explorare studeat, an ex voluntate, sponte, ac libenter, & vero cum animi consensu, in matrimonium vicissim coniungantur; necnon ut, quantum fieri potest, inquirere nitatur, ullum ne, & cuius generis impedimentum inter Contrahentes intercedat; aliis ne fidem sponsonemque alter ex Contrahentibus dederit, de consensu ne Parentum Filii, Filiaque famulas contrahant: Hæc, aliaque huiusmodi momenta postquam Parochi accuratissime exploraverint, si aliquod eorumdem momentorum siue desicere, aut nocere posse deprehenderit, suspensus interea denunciationibus, illud, quod obstat possit, deserere tenentur ad proprium Antilitem, qui, prout res postulerit, pro auctoritate, munerisque sui debito, oportune provideat.

§. 11. Quod si Parochi nihil, quod Denunciationibus publice, & de more faciendis obset, tuto animadvertent, tunc illas per tres festos dies continuos in Ecclesia inter Missarum solemniam, iuxta tam Concilii Lateranensis sub fel. rec. Innocentio PP. III. Prædecessore nostro, quam Concilii Tridentini præscriptum, proponunt, ut impedimentum, si quod prius resciri non potuerat, ab interessentibus Auditoribus indicatur.

§. 12. Et si autem Antilites super ovis sibi commissis vigilias, ea, quam ante diximus, salutari ratione, custodientes, non ignorant, Matrimonium coram quolibet Sacerdote non Parocho, facta illi copia, dataque licentia, siue a proprio Parocho, siue a Loci Ordinarii Antilitis, validum esse, auctoritatemque super denunciationibus dispensandi, atque ut una pro tribus, & ne una quidem, urgente legitima gravissimaque causa Denuntiatio fiat, permittendi, se habere: tamen diligentissime caveant, ne ad libitum hac sua auctoritate, tum super Denunciationibus dispensandi, tum cuiuslibet potius Sacerdoti, quam proprio Parocho facultatem, ut in contrahendis Matrimonii interesse possit, committendi, nisi ubi ineluctabilem necessitatem ita exigere animadvertent, intendant. Immo cum, ut præmissum est, commissionem huiusmodi necessario dandam esse perspexerint, eam non statim, sed postquam ex adhibitis diligentibus, acceptisque certis notitiis, sibi tuto confiteri nullum inter Contrahentes interponi impedimentum, impertiuntur.

§. 13. Quoad dispensationem vero super Denunciationibus semper præ oculis Concilii Tridentini Decretum de reformatione Matrimonii habentes, apertissime intelligent facultatem in huiusmodi dispensationibus efficaciatem immoderatamque nulli nullatenus inesse, sed facultatem ad prudentiam rationem, legitimamque causarum emergentes occasiones dirigendam, eaque caute uti, ita ut hac in re semper recitent hæc eisdem Concilii Tridentini verba: Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium multoties impediri posse, si tot, nempè tres præcesserint Denunciations; tunc vel una tantum Denunciatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus Testibus presentibus, Matrimonium celebratur. Deinde ante istius consummationem Denunciations in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsunt impedimentum, facilius detegantur.

§. 14. Hæc, Venerabiles, Fratres, Antilitum gravissimas Episcopalis in Matrimonio præsertim celebrandis ministerii partes adimplere studentium solici-

tudo, diligentia, ac ratio agendi, omnes fere Connubiorum dissolutiones e medio tollit; hanc igitur sequamini. Per hanc semitam, non recens apertam, sed semper tuto tritam, & a laudato Concilio Tridentino tantopere commendatam, atque sub præcepto ad suscipiendam frequentandamque uniuersis Antilitibus traditam, dirigite gressus vestros, ut inuncto Vobis oneri etiam hac in parte satisfacere possitis. Vigiles, ac solliciti adnitamini, ut Parochi, Animarumque Christifidelium Rectores, in partem laborum vestrorum Coadiutores vocati, in suis, ea, que tenentur, vigilantia, fedulitate, & integritate, muneribus exercendis, per se ipsi omnem operam, & curam impendant. Ne patiamini, ut facili humanitate ducti, non autem legitima necessitate coacti, iudicium priorum Parochorum præsentiam, in contrahendis Matrimonii necessarium, ob quolibet leve momentum remouentes, cuiuslibet Sacerdoti in illis interessendi licentiam concedatis. Canonicas Ordinationes, ac Leges super Denunciationibus ante contrahendum Matrimonium faciendis, non sine gravi animi angore, conscientiaque stimulo seruandas, & summa cum nonnullorum offensione scandaloque minime prætereundas, Vos ipsi custodite, & ab aliis, quorum interesse, re ipsa seruari iuste.

§. 15. Nec obtentu, prætextu, aut colore cuiuscumque consuetudinis, & usus hæcenus quomodolibet inuesti, & in vestris Diocesis vigentes, ea, que ad hæc usque tempora, super Denunciationibus sine legitima causa dispensandi, versa est in fastidium, & tot litium formitem, facilitate, deinceps abuti, audeatis; perniciosa enim consuetudo, & auctoritatis abusus, non ad normam agendi, sed ad male actorum exprobrationem confert.

§. 16. Quam vero Vobis, ad commissiones, & Admittunt dispensationes huiusmodi præcipitanter effusæ dantur, exemplo, & incitamento fuisse asseritur, nitem dispensationem in istem tribuendis indulgentiam, qua vero, frandi super nec ne; Ordinarius Apostolicæ huius Sanctæ Sedis, in Polonia pro tempore existens Nuntius, vigore demeruit, in facul-tatis, ipsi, inter ceteras tanquam a Latere Le-stentiam alienis sa-cerdotibus.

§. 17. Itaque, Venerabiles Fratres, nolimus Vos Actiones res nostras non omittas adhortationes, tot præscriptas Apo-stitolice nostræ providentiæ auctoritatique ordinationes, ex animi nostri, ad maiorem Deigloriam, Animarumque salutem intenti, sententia, minime succedere, nec prillinas in Matrimonii ineundis dissolvendisque lites, & controuersias e medio tolli animadvertentes, suprema auctoritate nostra, ad efficaciora, & asperiora remedia hinc malis curandis apta atque idonea oportune adhibenda, esse usuros: Vobis enim satis superque pèspèctum est, Nos, iustis, ac rationabilibus de causis, quemadmodum, si secus fortasse fiet quam præscriptimus, certe accideret, Iudicium Causarum Matrimonialium Poloniæ quoad primum etiam Instantiam reservare posse; & insuper, relicta Episcopis locorum prima, & Metropolitanis secunda Instantia, decernere, (sicut, necessitate tamen coacti, omnino decernemus,) ut in Causis Matrimonialibus Poloniæ, tum prima ab Episcopalis, tum secunda a Metropolitanis Curis Sententia, super nullitate Matrimonii pronuciata, executioni minime demandetur, nisi utraque Sententia, cum rationum momentis, prius, in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Tridentini Interpretum mature exacteque fuerit expensa, ac probata; nec non Matrimonium quolibet, post utramque sententiam in Curis vestris latam, vel interea temporis, dum in eadem Congregatione Cardinalium utraque sententia huiusmodi expenditur, vel nullo apud eandem Congregationem Cardinalium habito recurru, quomodolibet, servatis etiam seruandis, exinde contractum, nullum, irritum, nullius roboris, & momenti esse & fore decla-rare.

§. 18. Decernentes, easdem præfatas Literas, & Literarum in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod qui-consulti-

Contrarias consuetudines rejicit.

Esque in promptu esse denotantur.

Literarum firmiter consulti.

